BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 282r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

gentes demoniis inmolant ⁊ nō
deo. Nolo vos autem socios fieri de
moniorum. quia nō potestis calicē
dn̄i bibere ⁊ demoniorum. Nō po
testis mense domini participes ēē
et mense demoniorum. An emu
lamur dn̄m. Numquid fortiores il
lo sumus. Omnia michi licent. s;
non omnia expediunt. Omnia mi
chi licent. sed nō omnia edificant.
Nemo quod suum est querit. sed qđ
alterius. Omne quod in macello
venit manducate. nichil interrogā
tes propt̄ conscienciam. Domini
est terra et plenitudo eius. Si quis
autem infidelium vos vocat ad ce
nam ⁊ vultis ire. omne quod vobis
ante ponitur manducate nichil in
terrogantes ꝓpter consciēciam. Si
quis aūt dixerit. Hoc inmolatum
est ydolis. nolite manducare ꝓpter
illum qui indicavit. ⁊ ꝓpter consci
enciam. Consciēciam aūt dico nō
tuam sed alterius. Vt quid enī libertas
mea iudicatur ab aliena conscien
cia. Si ego cum gracia participo
quid blasphemor. pro eo quod gra
cias ago. Sive ergo manducatis
sive bibitis. vel aliud quid facitis
omnia in gloria dei facite. Sine of
fensione estote iudeis et gentibus
et ecclie dei. sicut ⁊ ego per omnia om
nibus placeo. nō querens michi qđ
utile est. sed quod multis ut salvi
fiant. Imitatores mei estote sicut
et ego cristi.

XI

Laudo vos fratres. aūt quod per omnia
mei memores estis. et sicut tradidi

vobis precepta mea tenetis. Volo
aūt vos scire. quod omnis viri caput
cristus est. Caput aūt mulieris vir.
caput vero cristi deus. Omnis vir
orans. aut prophetans velato ca
pite. deturpat caput suum. Omnis
aūt mulier orans aut prophetans
nō velato capite deturpat caput
suum. Vnum est enī ac si decalvetur
decalvetur. Nam si nō velatur muli
er et tondeatur. Si vero turpe est
mulieri tonderi aut decalvari velet
caput suum. Vir quidem nō debet
velare caput suum. quoniam ymago
et gloria dei est. Mulier autem
gloria viri est. Non enī vir ex muli
ere est. sed mulier ex viro. Et enī
nō est creatus vir ꝓpter mulierē.
sed mulier ꝓpter virum. Ideo debet
mulier velamen habere super ca
put suum. et ꝓpter angelos. Verū
tamen neq; vir sine muliere. neq;
mulier sine viro in domino. Nam
sicut mulier de viro. ita et vir per
mulierem. omnia aūt ex deo. Vos
ipsi iudicate. Decet mulierem nō
velatam orare deum. Nec ipsa na
tura docet vos. Quod vir quidem
si comam nutriat ignominia ē illi.
Mulier vero si comam nutriat ē
illi gloria. quoniam capilli pro ve
lamine dati sunt illi. Si quis aūt
videtur contenciosus esse. nos talē
consuetudinem nō habemus neq;
ecclia dei. Hoc aūt precipio nō lau
dans quod nō in melius sed in de
terius convenitis. Primū quidē
convenientibus vobis in ecclia di

282